



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 74. Jura Successionis Elisabethæ solemni ritu in Senatu asserta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

Sæcul. XVI prosperitatem conciliare, ac post illius  
 A.C. 1559. obitum superstite prole copiosa Regno dignum Successorem relinquere valeat. Elisabetha officiosam hanc salutationem perbenigno responso excipiens dextram suam cunctis Deputatis deosculandam præbebat, hæc subjungens verba: „Per grata mihi fuit vestra circumspectio, „qua mihi nec tempus, nec Perlonam „præscribere voluistis: fateor equidem, „quod libertatis, qua hactenus fruor, „conditio mihi admodum grata, & accepta sit: si tamen vel unquam con nubii caussa me eadem hac libertate privabo, talem feligam Maritum, qui populo meo non minus fit acceptus, quam utilis: de cetero autem accepto Regni diadematæ omnibus meis subditis desponsata sum, ac cunctos filiorum in star habebo, & quandocunque fatis cedere cogar, summo mihi erit gaudio, si meo tumulo hæc verba inscripta legantur: *Hic jacet Elisabetha Regina, quæ tot annis Regina, & tota aetate sua virgo existit.*

§. LXXIV.  
*Jura successionis Elisabethæ solemniter in Senatu asserta.*

*Cambd. in  
annal. vit.  
Elis.  
Bournot  
p. 569.*

Die nona Februarii Proceres ratum habebant edictum, vi cuius Elisabethæ jus ad regnum tanquam validum agno-

agnoscetebatur, simulque illa suæ dignitati, ac natalium juribus restituta fuerat, etiamsi ex Anna Bolena progenita esset. Evidem non pauci vehementer admirabantur, quod sententia diuinitatis inter Henricum VIII. & eandem Annam Bolenam non fuerit declarata tanquam irrita, nec etiam revocatum sit edictum juxta hanc sententiam antea promulgatum, vi cuius Elisabetha ex adulterino complexu nata ostendebatur: eapropter hoc negotium quantocius ad maturiorem revocatum est deliberationem: verum regii Sigilli Custos superioris Curiæ Patribus haec respondit:

„diadematis splendor cujuscunque generis vitia, & maculas contegit;

„aliunde si Regina ob præteritos nævos redargueretur, etiam Regis Patris sui honor laederetur, atque Reginæ jura per exactam nimis disquisitionem minus firma redderentur, cum tamen nunc id agatur, ut eadem omnibus comprobata fiant: quapropter, quin de revocandis prioribus decretis agatur, sufficit, quod per solemne editum generalibus conceptum verbis promulgetur, Reginam ad Angliæ sceptrum per legitimas vias esse vocatam.. Hoc consilium secuta utraque Curia declarabat, quod Elisabetha legitima sit Angliæ Regina, illaque recto

SÆCUL. XVI.  
A.C. 1559.

Hist. Eccles. Tom. XLIII. K ordine,

**Sæcul. XVI.** ordine, modoque legitimo ab Anglia  
A. C. 1559. Regibus descendat, sceptrumque illi  
 foli absque controversia debeatur, ut  
 proin etiam Successionis jura ad ejus-  
 dem liberos, si quos suscepturna esset,  
 legitime devolverentur, eaque ex ra-  
 tione utriusque Curiæ Patres, qui tri-  
 plicem Regni statum repræsentant, Re-  
 ginæ jus tanquam validum agnoscerent,  
 ac pro illius defensione sanguinem pro-  
 sundere parati existerent.

§. LXXV.  
*Parkerus aliqui Theologi Eduardii  
 Lithurgiam recognoscere jussi.*

Postquam edictum circa Reginæ jura  
 communi suffragio suisset approba-  
 tum, Senatus Regii cura sese ad Reli-  
 gionis negotia extendebat, circa quæ  
 pariter plura condebantur statuta, ac  
 præprimis Matthæus Parckerus olim  
 Annæ Bolenæ Eleemosynarius, cui ab  
 eadem morti proxima olim Elisabetham  
 Filiam suam educandi, eamque in Re-  
 ligione instituendi sollicitudo fuerat de-  
 mandata, nunc a Reginæ Proceribus  
 unacum quibusdam ejusdem furfuris  
 Theologis nominabatur, ut *librum com-  
 munium precum* (prout vocabatur) re-  
 cognoscerent, ac corrigerent, hinc huic la-  
 bori una omnes a Mense Decembri us-  
 que ad Februarium insudabant. Ce-  
 terum